

Dickinson College Archives & Special Collections

<http://archives.dickinson.edu/>

Documents Online

Title: "Generosi et Dominae," by John Wilson (Draft #1)

Date: 1790

Location: I-BlackT-1954-2

Contact:

Archives & Special Collections
Waidner-Spahr Library
Dickinson College
P.O. Box 1773
Carlisle, PA 17013

717-245-1399

archives@dickinson.edu

Generosi et Domine, Anno Domini 1790.

Quamvis frequens vester ^{di-}conspetus, ^{di-}honoratissimi, ^{di-}incredibili insolitâque latitiâ mentem perculat; tamen incipientem dicere confiteor, me non minimo metu incuti. Alienâ linguâ planè et ornate loqui coram tam præclaro præstantissimorum cæte difficillim^m est. Præterea compertum habeo quantillum me esse exercitationis dicendi peritum ac bonarum artium solummodo mediocriter imbutum. Sed quantulacunque vires meæ aut nature sint dotes, et huic incepto inequales habeantur; attamen huius amplissima facultatis ^{mãdato, vestrumque ahortatio,} faventium me quamvis paventem impellunt ad hosce conatus accedere. Si itaque propter imperitiam et ignorantiam dicendi, verba non satis ornata proferam, vestra erit humanitatis indulgentiam mihi præbere, dum quantum sufficiunt vires, vos delectare tentavero, doctrinæ præcellentiam depingens.

Præsertim cum subit in mentem quantæ et quales commoditates a Studiis bonarum literarum

- derivantur quàm accommodata earum cultura
sit naturali procellentia et dignitati generis
humani, ^{quam} apta ad promovendam pietatem ac
concordiam, opes atque commercia libertatem,
fidem et justitiam omnesque denique artes,
quibus gentes terrarum flourerunt et ad gloriæ
imperiique apicem pervenire. Cum virtus
et vita beata humana natura summum
bonum præclarissimæque ornamenta -
justè existimantur, proculdubio omnes, præsertim
Juvenes jam ætate florentes pro virili operam
dare oportet, ne dies annosque volventes turpi
inertitè absumant; sed ut animos suos bonis
literis et Sapientiæ institutionibus assidue
excolant. Quamvis enim Deus optimus inge-
nium hominibus divinum concepit, quo
cæteris animalibus abundè præstant; tamen
sine exercitatione, doctrinæque studiis, # #

illius munus excelsum ac illustre nunquam
aliquis asurgit, sed protius marcescit originisque
suae statim obliviscitur. Elementa eruditionis
animis nostris infixata habemus, quae arte-
excolenda sunt, et industria fabricanda, ut
ad virtutem, veritatem, gloriamque valeant.
Doctrina opportunè adhibita, et ad naturam
docilem accendens hominum ad pietatem, -
honestatem, temperantiam, fortitudinem, -
excellentiam animi, Iustitiam denique ad-
quodcumque magnum ac nobile fingit atque
disponit. Hinc haurit sapiens thesaurum -
ad bene feliciterque vivendum sese ab inconstan-
ti imperitiâ, rudi et aegresti multitudine vix
distinguens. Quid sublimè sit atque decens
curat; quaequid turpe et indignum spernit
et odit. Ex hoc fonte benigno discit quid -
summo ~~re~~ rerum parenti debet, quid -

patria charissima, quis sibi et quis amicis;
qua charitate parens; qua fratres et hospes
sunt semper diligendi. Homines excelsos et
amplissimos, qui in virtute persequenda omnes
difficultates maximaque pericula egregiâ
laude, superarunt in exempla sibi præponit;
et qui nunquam in Literarum studiis sese
exercuissent, nisi ab eis primo auxiliarentur.

Quid igitur turpius eorum ignaviâ, qui
tempus inreparabile, veluti Juci vocordes -
fœdissime disperdunt; qui ventri vel rugis
dediti Sapientie præstantissima dona con-
temnunt, quæ nobis cum ipsis aligeris Cæle-
stibus communia esse profunt? præsertim
cum tam multæ variæque sunt animi-
dotes, quibus summa claritudo paratur.
Nequaquam demissi, ignobiles et obreuri, #

ingenium cui nil simile in mortalium
In naturâ generatur inculte firmus -
torpescere! Sed perpetuo doctrinæ ac virtutis
permaneamus alumni.

Scientia in Americâ nunc ignorantiam
fugavit animosque juvenum amplos
ac generosos præstitit, quodquam magno pen-
reipublicæ confert, quis ignorat? Felicitas
enim omnium, omnium regnorum et populorum
maximè à rectâ juventutis institutione
pendit. Vos, lumina sapientiæ et ornam-
enta splendidissima literarum, Curatores
venerandi, Salvare iubemus, quippe qui
summâ libertate, nobis potestatem con-
veniendi, et hunc diem carneris letitiæque
consecrandi concesseritis.

Vos tandem maxime reverende Profete

Vice Praefecte, Professores, a nobis salutari
par est. Quomodo vobis ^{pro} summis erga nos
meritis, pro eorum, quae a vobis didicimus,
procellentia pro laboribus immensis,
quos jam diu causa nostra, tolerastis
satis gratiarum unquam referamus? —

Vobis denique, Condiscipuli delecti,
salutem optamus. Tandem ad metam
Laborum pervenimus: tandem adest ille dies
expectatus ac jure optandus, et quem, —
utpote laurea fronde tempora nostra vela-
turum, semper honoratum habebimus. —

Diu nobis vobiscum, Sodales carissimi,
dulce consortium fuit: diu hinc in
Sedibus quasi alte^{ris} in campis elyis,
saltus amanos scientia vobiscum sus-
travimus. Hic saepe vobiscum quid #

Roma quid Græcia, quid variae gentes
vel fecerunt aut norunt, cognovimus.

Vobiscum ^{hic} saepe peractum quasi
orbem terrarum socialiter peragravimus,
omnia curiosa, delectabilia, et utilia
undique spectantes. O felicissimos et semper
memorandos dies hic nobis vobiscum
consociis jucunde peractos? Nunc
autem demum fatis rotam volventibus
advenit tempus, quo nobis hinc abeun-
dum; sed Divino numine annuente
amicitiam eamque verissimam semper
mutuo colamus — Finis

Copy'd

J. Wilson